

30


I. N. J.  
DISSERTATIO PHYSICA,  
<sup>De</sup>  
**AVIBUS,**

<sup>Qvint.</sup>  
Ex Consensu Amplissimae FACULT. PHILOS.  
SUB PRÆSIDIO  
<sup>Præclarissimi</sup>

**DN. M. PETRI HAHN,**  
hyfices Prof. Ord. necnō Fac. Phil. Dec.  
LIBERALIS EXERCITHI GRATIA  
Publico examini modeste submittit  
CAROLUS N. HÖÖR Wex-Smol.  
In Audit. Max. ad diem 20. Junij 1687.



N 18



**E** Gestas, multorum mora studiosorum,  
Reclamat;  
Amat tamen, studium virtutis negotium  
Juventutis Pauper;  
Per paupertatem molestam, virtutem ad mo-  
destam Enit;  
Niti labore atque sudore ad honorem;  
O rem perdignam amore, dignam lauro.  
Auto digniorem gemma splendidiorem.

**Promotores** & Fauores optimi. Multa  
multa deesse, farentur osanes, quorum qui-  
lam, necessitatis telo urgente hoc idem confi-  
eri tenentur: & plurimi illorum, quos amor  
virtutum liberalium cepit, captos amore earum,  
regrave inopie onus premit, pressos derinet.  
Cum oculis perlustrant suis pulchritudinem  
iruetis incredibilem sui amorem, animis eo-  
rum ingenerat, praesertim cum præstantiam  
doctrina intueantur, cuius obeinenda deside-  
io trahuntur: nam doctrina ignobiles nobiles  
reddit, hoc qui penitus expendunt, operam im-  
pendunt, Minerva litant, sub vexillo ejus mi-  
tant; ut laurum non aurum querant, in se-  
cundis, in adverfis, nec animum, nec voluntas  
mutant; sed doctrina instrumente, manu

tradant nocturna, versant diurna; Cita de-  
eti siue doctorum scripta qui legunt, doctis  
affiduè convivunt, doctos diligenter ediscunt  
o docti, doctis dictis & scriptis, qui nos infor-  
mane. Ast ego, viam sapientiae multorum ve-  
stigiis calcatam, meis premere alloboro, & his-  
ce memet subducere nolo. Sed inopia, ob de-  
fectum, vestigia fallit, insufficiem desicit &  
humis sternere non desinit, stratum tamen eri-  
git, erectum ponit, praefidis meique mecenatis  
beneficentia, nec non cæterorum promotorum  
benevolentia. Animo diu in diversa agitato  
incepsit tandem cupidio conscribens Disputa-  
ciunculam de avibus partim ab cognomen ina-  
de desumptum, pareim obstudium physicum,  
cujus amore teneor. Candide Lector pro can-  
dore tuo, simplices has pagellas, candide in-  
terpreteris oro; quo obtento, eos non morer  
qui tantum aliorum vitia cernunt, suorum  
obliviscuntur: tetua, me mea delestant. In-  
terim Promotores & Favitores optimi, acci-  
pitrem cognomine, avem non rapacem se-  
mansuetam, de avibus, pro modulo ingeni-  
differentem, pallio benevolentie erga m-  
dudum declaratae excipiatis, exceptum fove-  
atis, humiliiter peto.

## Vestrīs Nominib⁹

addictissimus

CAROLUS N. Hößl.

## IN NOMINE S.S. TRINITATIS.

## THESIS I.

**V**oties oculos elevamus, toties  
fermè aves aëris incolas specta-  
mus; quapropter existentiam ea-  
rum, oculis nostris quotidiè subjectarū, in  
dubium minime vocamus, sed definitio-  
nem, juxta Clariss. Sperlingum, neglectis  
ambagibus damus. *Avis est brutum vo-  
lans, sanguineum, rostratum ac pennatum.*

## II.

In Nominalis Definitionis evolu-  
tione. a. *Etymologiam* avis observamus,  
de qua cum variæ variorum scripto-  
rum sententiæ sint, easdem recense-  
mus, & ultimam veritati congruam,  
nostroq; palato arridentem, retinemus.  
*Avis*, ab adventu originationē suam tra-  
here, à quibusdam existimatur; quia  
vel inde venit, undē quis non suspica-  
tur; vel quod singulis annis, quædam  
illarum abeant ac redeant. Vel ab  
*avīσσāvī*, id est ab *impetu ferri* appellatur;  
cum *avis* in volando, ope alarum aëra  
verberantium, huc vel illuc impetu fe-  
ratur. Sed rectius dicitur *avis* ab *avis*,

A

vel

vel à via id est sine via; quia apud Hereneum; Avium dulcedo dicit ad avium, hoc est, incerta itinera vestigia minime relinquuntia in aere lectatur: nam incerta & investigabilis est, via navis in fallo, via avis in cœlo, via Juvenis in solo. *B.* *Synonymia.* ὄπρεσσον *avis, ales, volueris, volatile*, pro synonymis quidem habentur; verum quædam in sensu latiori, interdum sumi, nulli non fatentur, quod ad oculum patet cum explacentur, quippe ales ab alis, volucris & volatile à volando, dicuntur: quapropter earum vocum significatio latior, est, nam omni volanti tribui possunt, five pennis gaudeant, five iisdem careant. *y.* *Homonymia:* sumitur interdum pro singulis generibus volantum, & ἀτῆγμα græcis dicitur *i. Cor. 15. v. 39.* Interdum per Synecdochen generis, synonymum ales, de aquila dicitur, ut Virg. prædamque ex ungibus ales projicit fluvio. Sicut & per translationem pro celeri ac veloci. Sed hic loci intelligimus tantum volatilia pennata, rostrata &c. ut in definitione allata.

## III.

*Realis definitio* constat a. *genere*, quod est *brutum*, quod animal includit, non excludit. Hinc tribuentes avibus, & aliis speciebus brutorum, praeter sensum particularē, rationem, refutantur: miram docilitatem & sagacitatem, ratione destitutam, eis competere haud inficiamur; Aves enim quamvis sermonem hominum imitari discant, dicta tamen ipsæmet ignorant. *B. Differentia*: latente formâ adhibentur propria, non disjunctim sed conjunctim sumenda, ne muscam volantem, ob volatum, avem faciamus, neve bovem ob sanguinem alitibus annumeremus. Propterea è numero avium excluduntur alia animalcula volantia, sanguini analogum aliquid humoris habentia, rostris vero & pennis, propriè dictis carentia.

## IV.

Sic breviter, brevitatem juxta propositam, *Genere* & *differentia* enodatis; considerandæ veniunt *causæ*, minime reticendæ. a. *Causa efficiens prima*, Deus est, omnium entium positivorum & bonorum

norum causa. Dixit Deus, producant aquæ reptile animæ viventis, & volatile volet super terram , in superficie expansionis cœli. *Causa efficiens secunda*, natura est. partim species sese multiplicantes quæ tamen multiplicatio non parit novas species sed nova individua , in quibus conservantur antiquæ species: partim stellæ singulorum animalium ortum adjuvantes, quarum illæ proximæ , hæ remotæ causæ. *3.* *finis primus & ultimus* , Dei gloria est, *finis intermedius* homo ; nam omnia propter hominem, homo propter Deum. Homini dant alimenta, dant foimenta, dant quoq; oblectamenta; quippe, quædam fercula homini gratissima præstant, quædam aures svavissimo cantu oblectant, quædam oculos varietae colorum delectant. *Proprium* vero insuper habet *finem* avis quælibet , sed ignorant istum mortales. *Causam* vero, quamobrē omnes homini prodesse & inservire non videntur: peccatū esse, Theologī uno ore profitentur : nam omnis crea-

creatura homini inservisset, si homo non  
peccasset. V.

*Causas externas* subseqvuntur internæ,  
*materia & forma*. *Materia creationis, aqua*  
*fuit, quæ perfectas aves ad Dei vocem*  
*protulit. Generationis vero materia semen*  
*est.* Sed cum multi nobis contradicant,  
diversaque ab his sentiant, dictum  
Gen. 2. v. 29. nobis opponant: formatis  
igitur Dominus Deus, ex humo cunctis  
animantibus terræ, & universis vo-  
latilibus cæli, adduxit ea ad Adam.  
Ex quo probare conantur, aves simili-  
ter, ac terrestres animantes ex terra  
esse creatas, cuius sententiæ defensores,  
sunt Caietanus, Wielmius & alii eidem  
sententiæ subscriptentes. Nos vero dicto  
Scripturæ Gen: 1. 20. avium ex aqua  
productionem asserenti stipati, contra-  
riam sententiam inficias imus. Ex  
Schotto respondemus, conjunctionem  
illam, &, non repetere particulas illas,  
ex humo; sed repetere illud participi-  
um passivum, formatis, ut sit hæc Mo-  
sis sententia; formatis ex humo ani-

mantibus terrestribus , & formatis e-  
tiam volatilibus, id est, postquam hæc  
duo genera animalium, Deus creave-  
rat, adduxit ea ad Adam. Licet vola-  
tilia sint corpora mista , nihil absurdum  
committimus, si eadem ex aqua crea-  
ta esse dicimus, ac simpliciter ut ver-  
ba sonant, verbis Dei credimus. *Formæ*  
*in genere anima sensitiva: in specie alia*  
atque alia, alia aquilæ, alia accipitris.

## VI.

Causis simpliciter explicatis , *divisio*  
*avium addenda*, quamvis variè à variis  
dividantur & ad certas classes redi-  
gantur; nos ad sequentes classes easdem  
revocacamus. quod in Contemplationi-  
bus Mundi etiam observavit Profess:  
ACHREL. Qvarum *Primam aves carnivore*  
aquila generosa, cum accipitre animo-  
so &c. tenent. *Secundam fructivore her-*  
*bivoræ*, Cygnus drensans, cum anseri  
gingriente, anas garriens cum gallina  
glocitante &c. implent. *Tertiam aves*  
*omnivoræ* corvi cornices &c. augent. qvæ  
omnivoræ dicuntur , non propterea,  
quod

quod omnia indiscriminatim devorent  
sed ideò, quoniam modo hoc, modo a-  
lio vivant alimento; quemadmodum  
fructivoræ dictæ, & à potiori ita no-  
minatæ, quia sœpissimè vescuntur fru-  
ctibus ac herbis. *Ad quartam* perti-  
nent in aquo elemento viventes, præ-  
ter **Cygnum** herbivorum, & anatem  
fructivoram, quæ piscibus, ostreis li-  
moq; palustri vivunt, mergi, Knipones,  
quæ aquaticæ. VII.

*Lquile avium Regine*, multitudine  
pennarum maximè decoratæ, & animi  
magnitudine præ ceteris præditæ, vox  
est clangens, terribilis nec non rostrum  
aduncum, cum fronte torva & acuto vi-  
su. Hæc cantu nos non delectat, sed car-  
ne avium, ipsa delectatur, altum vola-  
tum sœpissimè amat, in petris ut plu-  
rimum nidificat, solem fixis oculis con-  
templatur, pullos solis radios adversos  
non intuentes aversatur; ætate pro-  
veftâ sanguinem præcipue fitit san-  
guinemque babit. *Accipiter pipans*  
est avis rapax & animosa, cicur facta,

apud Magnates, magni habita, aquilis  
 vix secunda, visus acumine conspicua,  
 celeritate aves ceteras vincit, fortitu-  
 dine superat, superatos capit; captas,  
 assuetfacta, Domino ipsum emittenti tra-  
 dit, frigus odit, aestum diligit, alas ad  
 austrum expandit, ut Scriptura Sacra  
 annuit.

## VIII.

Brevitatis amantes, aves carnivoras  
 ceteras silentio praeterimus, & de her-  
 bivoris nonnulla dicimus. *Cygnus* dren-  
 fans est avis candida, ansere major, qui  
 placida semper manet, latos pedes ha-  
 bet, locis amoenis juxta fluvios delecta-  
 tur, ob vitam puram haud immerito  
 amat. *Eru* urticarum dicitur libi-  
 dinem domare, pacem cum omnibus  
 avibus, excepta aquila, servare, hanc  
 vero robore alarum interdum supera-  
 re, praeterea perhibetur ante mortem  
 dulcissime cantare, quod tamen cum  
*Sperlingio* & *Plinio* volumus negare.  
*Anser* gingriens est avis natura calida,  
 ob calorem, cibum citò concoquen-  
 tem

tem, copioso alimento opus habet, in-  
dèque gravitatem corporis auget. So-  
cietatem haud fastidit, cibum cum cla-  
more capit, vigilantissimam se sistit,  
pura loca desiderat. de ortu anserum  
ex arboribus quidquid narratur, hoc  
Batavorum experientia, nec non ratio-  
nibus meritò refutatur. *Anates* garri-  
entes, in plerisque cum anseribus con-  
veniunt; nam in aqua degunt, ideoq;  
nomen à natando accipiunt &c *Gallus*  
& *gallina* specie una, crebro cœlum a-  
spicit, cristas erigit, gloriam sentit, vi-  
ctor superbit, victus animum abjicit:  
Domum, quamvis altissimam cum in-  
tret, diligenter circumspicit, non quod  
metuat, ut intus cristam offendant; sed  
ut grana in altiori loco sedens aspici-  
at. *Gallina* naturâ est calida, de pul-  
lis valde sollicita, & ob caliditatem, ha-  
litus soporiferos citius consumentem,  
vigilantissima, gallus cantaturus alas  
explicat, statas vices canendi die non  
servat; cantu enim adversarium provo-  
cat, provocatum superat, superato hoste,  
canendo triumphat.

## IX.

De herbivoris, non omnibus sed paucissimis hæc dieta sunt; de omnivoris, itidem paucissimis simul & notissimis speciebus, quædam non omnia, dicere atque aliundè colligere animus est. *Corvi* aves clamosæ, cadaveribus vivunt, pestilentia necatis parcunt, aliena subtrahunt, dolosæ & astutæ sunt. *Hominum* sermonem imitari, aërem agrosque vomere fractos, purgare dicuntur: pullos nidis mature expulsos in solitudine relinquent, relicti sibi ipsis victum, non sine lamentatione quærunt. *Cornices* garrulæ, clamore molestæ, societatis amantissimæ, fobolem diu alunt, abeuntes ciconias, (si plinio fides sit adhibenda) defendunt.

## X.

De avibus, in aquo elemento, piscibus, ostreis, viventibus; pro ratione instituti nihil scribimus, de cantatricibus vero nonnulla dicemus. Hæ à reliquis omnibus aliis avibus, quarum mentionem supra fecimus, non sunt ita distinctæ,

stinctæ, ac si diversum quoddam genus  
constituant, quæ granis vescuntur, gra-  
nivoris seu fructivoris accenseri pos-  
sunt. &c. verum enim vero, quia hu-  
juscemodi aviculæ hoc, præter cete-  
ras peculiare habent, qvod svaviter can-  
tent, svaviq; cantu delectent, pauca de  
quibusdam illarum dicenda sunt. Omni-  
um pulcherrime *Luscinia* canit, caveæ  
inclusa sæpe obmutescit, gloriam appe-  
tit, multum voluptatis ex modultioni-  
bus suis percipit. Cantum non negli-  
gunt *alauda*, *fringilla*, *Carduelis*, *luteola*.  
**Hæ** omnes sua voce, laudes Dei canunt,  
sua carne quamvis exigua, homines a-  
lunt.

## XI.

Ut miram, inter aves in multis va-  
rietaltem animadvertisimus, quædam e-  
nim illarum, ungibus valent, utpote  
rapaces, quædam alis verberant, ho-  
stemque superant, ut *Cygni*: quædam  
svaviter canunt, ut *luscinia*, *alauda*, qvæ-  
dam voce molestæ ut *cornices*; sic mi-  
randam inter eas quoad partes cor-  
poris convenientiam déprehendimus.

Sin-

Singula volatilia (teste Lamberto Dano) sunt sanguinea. Itaque corde, hepate, pulmone, arteriis, venis & reliquis sanguinis opificio & officinæ subservientibus membris gaudent; testiculos habent; vesica autem carent. Bipedes sunt omnes volueres quæ propriè aviū & volatilium numero comprehenduntur. Genua habent, sed in adversum atque nos inflexa. Geniculatio enim eorum retrosum fit, non anterorsum. Alata sunt omnia, rostrata, caudata, plumis vestita, quædam etiam cristata.

### QUESTIONES

I. QVÆST. An Aquile & Accipitres semper aves rapaces & carnivore fuerint. Aff.

**D**ubium multorum animis inest, an idem creationis tempore feris fuerit furor, qui nunc est, vel an post lapsum iracundæ rapaces & exitiales redditæ? Non Existimandum, Clariss: Sperling. inquit: Substantiam brutorum mutatam esse ob hominis transgressionem. Indicant autem ungues, dentes, cornua & alia acerbam indolem; innoxia quidem

dem fuissent homini, sed non aliis bruti-  
tis. Ex raptu vixissent multa anima-  
lia, si vel maxime mundus servasset ho-  
norem suum illibatum; postquam ho-  
mo rebellis factus est Deo, meruit & i-  
pse rebelles subditos. Qvapropter exi-  
stimus hasce aves ab initio creatio-  
nis suæ, & quovis subsequenti tempo-  
re, etiam diluvii, in arca *quond actum*  
*primum*, carnivoras & rapaces fuisse;  
carnibus tamen avium, non sufficien-  
ter multiplicatarum, post diluvium ali-  
quanto tempore, Deo ita volente, & ha-  
rum avium nec non aliorum animalium  
inclinationem refrenante, abstinuisse;  
herbis vero ac fructibus vixisse.

II. QVÆST. *An phœnix in rerum natura de-*  
*tur?* Negr.

Phœnicem arabicam avem, toto orbe  
unicam, non ex coitu avium, sed  
ex cineribus inflati genitoris natam,  
in fabulis inveniri, nemo inficiatur, sed  
in rerum natura talem dari negatur  
Siquidē hoc cum S.Script.contrarietur  
tum naturæ aduersetur; ex Scriptur  
Sacr

Sacra liquet; 'Masculum & fæmellam  
in omnium animalium generibus con-  
didisse creatorem optimum. Omnibus  
in universum dixit idem: crescite &  
multiplicamini, Ad Noachum non tan-  
tum ex quadrupedibus, sed & volatili-  
bus omnibus ingressa sunt bina ac bina,  
Masculus & fœmina ex immundis, ex  
mundis vero septem paria, sine dubio ad  
mundam, imo mundissima omnium, refe-  
rendus phœnix, si quis esset. Natura di-  
cit ex ovis, aves fieri, non ex cineribus.  
natura docet à privatione ad habi-  
tum nullum naturaliter dari regressum  
Natura probat generationem univo-  
cam, respuit æquivocam: nam quod  
generatur proximè à sibi simili gene-  
ratur, ô nugas dum moritur, oritur;  
dum resolvitur, generatur.

**III. QVÆST.** *An ex cuculo fiat Accipiter? Negr.*  
**T**ot ferè sunt de Cuculo sententia-  
rum divertia, quot scriptorum no-  
mina; quidam enim Culum mediæ  
naturæ inter accipitrem & Columbam  
esse existimant; quidam illum esse  
prom

prolem accipitris, sed degenerem putant; quidam ex cuculo accipitrem fieri opinantur, dicuntque aviculam quandam ejus altricem ipsum comitari, eandem ab alumno, finito tempore verno, devorari; cuculum hoc facto, in accipitrem mutari. Nos vero, ceteris missis, unius, in aliam speciei mutationem negamus: nam absurdum in physicam introduceretur, si una species in aliam mutaretur. Verba Aristoteles libet afferre: *Cuculus ex accipitre fieri immutata figura a nonnullis putatur, qvoniā qvō tempore is apparet, accipiter ille, cui similis est, non aspicitur.* Sed ita fere evenit, ut ne ceteri quidem accipitres, item cernantur, eum primum vocem emisit cuculus, nisi per quam paucis diebus. Est hic neq; aduncis ungvibus ut accipiter neq; capite accipitri similis, sed ab utraq; parte columbam potius quam accipitrem imitatur. Ab accipitre interim visus est, qvod nulla avis in suo genere solet facere. Nihil negotii nobis facessit Avicenna, qui dicit se aviculas illas ut Carrucam & similes, cuculum vermiculis nutrientes observasse; vel carenti saltem comites fuisse, cum idem nec planè assentiri, nec planè contrariari nobis animos sit.

**IV. QUÆST.** An avis paradisi, seu manucodiata Cœlesti rore vivat? pedibus careat perpetuum volatum exerceat? Negr.

**A**vem in orientali India, pennis elegantissimis, pavonum pennis, similibus ornatam, Paradisiacam nominatam, in terum natura dari nostri instituti, non est negare: cum plurimi ipsam videtint, deque visa scriplerint. Eis saltem contrariari nobis animus est; qui dicunt hanc avem solo cœli rore vivere, nam neq; eum captat in suprema aëres regione; quippe hæc purissima, que potius necat, quā servat, & nullo forte terrestriū rerū inquinamento gaudet. Ros prope terram generatur, unde meteorum humilimū rectè appellatur, at solum in alto, (ut dicunt) manucodiata veriatur. Certis saltem anni temporibus ros distillat, hyems eum ignorat. Pedibus carere dicitur, ast dicitur, non probatur: nam natura in necessariis non deficit; si avis, utiq; bipes. Nunquam terræ aut cuiquam alii rei infidere, sed exanimem tantum humili decidere, una cum aliis scribit Maximianus. At principium naturæ est; nullum corpus mixtum ac vivens, in continuo potest esse motu. Necessum est ut hæc, cerebro omnino gaudens, somnum capessat; dissoium à sanguinatione avem somno iacentem in sommo æthere pendulam sustineri, Omnis avis fœmella oviparit, pullos excludit: hoc in perenni motu fieri non potest,


# QVÆSTIONES

- An Consideratio corporis naturalis sit & generalis & specialis? Affr.
- An ergo dentur affectiones generales & speciales? Affirm.
- An detur materia Corporis naturalis simplex & Composita? Affr.
- An forme propagentur? Affr.
- An dentur in plantis & arboribus cause sociale, an solitariae? Neg: prius Affr. posterius
- An omne agens naturale feratur in suum finem? Affr.
- An motus & quies, cum non competant omnibus corporibus naturalibus constituant affectionem generalem Affr.
- An in sole præter formam specificam alia dentur forma, & nihilominus sit corpus simplex? Affr.
- An ex motu simplicitas & compositio corporum naturalium sit estimanda? Neg.
- An elementa in corporibus mixtis sint species mundi? Negatur.
- An in sola elementa resolvantur corpora mixta Neg.
- An ergo etiam in principia chymica? Aff.
- An principia Chymica sunt diverse ab Elementis naturæ? Affr.
- An ergo seorsim ab elementis voluit opifex naturæ, ut principia Chymica exigerent? Neg.

**A**ntisthenes Philosophus Diogenem moleste sedulum, à se arcere volens, minabatur se baculum ei inflicturum; verum ille majori studio cumque quadam audiendi siti, inquit; Cede si vis, ego caput prebebo, neque tam durum fustem inveneris, quem à suis disputationibus abigas. Elianus habet. Haud multum absimile, si non ausim dicere idem, tibi Frater charissime, tam circa primas studiorum molimina, quamq[ue] nunc in concitatori eorumdem gradu intentavit novercalis diraque fortuna Paupertas, proprio insignita nomine. Cujus tamen insulzus, adeò altis despexisti superciliis, ut licet ad limites dñe Minervæ, cerberi ad instar, semet objecerit, tamen rabidos ejusdem mortuis, vel sola industria vitasti & constantiam, qvi sic vitam ad orbitam prudentiae flexeris adque laudis gloriae meam, cursum direxeris, ut si vel ipsa Invidia in occulto struxisset insidias, vel Malitia in aperto objecisset monas, non plus abesse possent, quam si volantem birundinem ne dicam accipitrem prædae potiu[m] intentam, levis aranea tela excepisset, vel currenti rotæ tenuis occurrisset culmus. Preinde non fatiscit fraternus candor


dor, laudabiles tuos conatus, hac iterata occasione vehementer laudare monereq; ne prius arma deponas, neve inducias admittas ullas, quam coronam in stadio suspensam attigeris caputque eadem exornatum cum tripudio ostentaveris; Qvod ut tempestivè emineq; per quam contingat felici, animitus precatur

Germana sinceritate frater

S V E N O N. 

Carmine	Condigno	Conatus
	Condecorare	
Aëris	Annon Avium	Accipitrisque
		A litumve Agitabo
Recta	Respsē Rector	Rarissima
		Rustica Ruris
Omnibus	Ostendūt Opus	Omnipotentis
		Olympi
Lemmate	Luxurias	Latio,
		Lauteq; Loquendo
Ungvigeras	Uulamq;	Uupamq;
		Utut
Sectaris	Striges	Sturnos
		Strutiosq; Subinde.

Vena licet tenui per amplio mmen affe*re*  
Adjecit

NICOLAUS N. 

Wex. Smol:

Præstantissimo Dn. CAROLO HÖSSELI  
Fautori honorando.

**Q**uamvis sit pennis acer, simul ungibus  
ales  
Accipiter curvis infestus predo columbis:  
Est tamen Accipiter noster transire figuram,  
Inque aliam doctus, nam nunc cantillat a-  
manter  
Cum grege Pennigerum, quem scribere ten-  
tat acutes.

Insignes studiorum profectus

gratulatur

**JOHAN. JESPER HINNELIUS.**

Ingermannus.

